Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Dialogus Bulla

https://hdl.handle.net/1874/353225

DIALOGVS BVLLA.

T. Curtio Malaciola. EQ.
Burlaſſio, Autore.

Melliflui a multis celebrata parœmia homeri
Vera eſt, perſimiles iungere vbiq; deum,
Pontifice a Bulla venit horrida Bulla Luthero
Bullæ, & qui hæc ſcripſit nil niſi Bulla fuit
Bullæ homines legite illa, Exemplo & diſcite Bullę
Pontificum Bullas ſomnia, & eſſe nihil.

Gygantum
Fraterculus

Nr 3479

TYPOGRAPHVS LECTORI VERITATIS AMICO.

Germane adeſto cãndide
Veroqꝫ amice dedite,
Plumbata hic Bulla dextero
Cupit nocere Luthero,
Sed illa inanis eſt ſonus
Minis refertus omnibus
Curanda eſt ergo ceu ſonus
Perit cito, & qui mox adeſt,
Ex animo.

DIALOGVS. T. CVRTII MALACIOLAE CVI TITVLVS, BVLLA.

INTERLOQVVTORES

Germanus, Bulla.

GERMANVS, QVO
vadis bulla, tam inhuma=
niter me tranſiens, cur nõ
ſalutas, forſan me putas ca
rere vẽtre, quo genere ho
minum Rhomanenſibus
nil adeo inuiſũ eſt. BVL.
Apage. Procul hinc, Leo
nem ex vnguibus iudico,
Lutheranus es, Cautum eſt ſurſum atq; deorſum, a
Rhoman. Pontif. ſanctitate breui non breui, ne here=
ſis illius adſertores alloquar. GERMA. Certe mag
nam ſectam, ſi hoc voles, perpetuo ſilentio pręteribis
BVL. Tam multos illius farinæ putas. GER. Cer=
te quot athenis noctuæ ſub tegulis, BVL. Qui fit.
GER. Dubitas, BVL. Qui nõ dubitarẽ, cum ſim
ipſiſſimum dubium, incerta an bene vel male faciam
GER. Vtcunq; cadant Taxilli, modo te nemo vel
ſuſpiret male facere. Miſſam vt vocant a ſanctiſſimo,
ſed digredior nimiũ, quo vadis tãdem Bulla, BVL.
vt perdam Lutherũ, vides plumbũ ceramq; hanc iu=
ratiſſimos meos comites. Quinetiã funiculos illos

miniatos. Quos cauẽdos tritus etiã adagio monet. GER. Hahaha. Quid audio. Putabã Rhomaneñ illos Megaloptochos ſapientiſſimos eſſe. O quã ſuperuacaneis ſumptibus mouẽt Tragœdiã, oleũ & operã luſerũt. BVL. Minime. GER. Maxime, tm̃ em̃ puriſſimũ Lutherꝫ, dirę hæc nõ niſi ad opprimẽdã veritatis ſynceritatẽ excogitatæ, cõcutiẽt, quantũ ex pelui redditũ fulgur. BVL. Nunq̃ꝫ tam horridã me emiſit Pontifex, ni fallar obſtruam illi os. GER. Difficillimũ hoc eſt. BVL. Imo facillimum. GER. Si ſuis inſtitutis vixerit, nihil vltra Pontificiã peram arripiẽs, ſin minus non tam libere q̃ꝫ vere ſcribet, nullis modis animaduertens, ſiue Gyaros ſiue philoxeni lapidicinas miniteris, Terũtij nõ faciet oĩa, Chriſtũ viuat, qui iactat ſe Chriſti ſoliũ occupare. Et laudabitur Chriſtianiſſime. Aggredi potes infractã hãc arborẽ, verũ an deijcies, tute videas, paries tibi proximus ardet. BVL. Bigis atq̃ꝫ quadrigis euertã GER. Cum nybas coccyſſauerit. BVL. Curriculo, GER. Si nõ ſaperemus, alios habes Germanos, noua apud nos ſunt ſæcula, nuces abunde triuimus, plauſtellũ reliquimus vndiq̃ꝫ, quere peregrinũ planum, nos egregie nouimus. BVL. Quantũuis magna loquere, parebitis tamẽ, atq̃ꝫ Lutherũ coruis dabitis. GERMA. Putas adhuc nos Rhomanenſibus tuis adſimiles, ꝗ quo verius quis loquitur, eo grauius inſectant̃ memini Rhomanẽſes quoſdã ſybaritas & hãc amẽtię ꝑticulã, honeſta quadã ſpecie quondã nobis inue

xiſſe, ſed Lutherus lympidiſſimis ſuis aquis expurga uit oĩa ſaluberrime, delicatæ ſunt adhuc tuorũ aures, palata ſatis mollia, tũ quibus nõ arridet ille nulla peſtilẽtiſſimi Euge adſentatione cõditus verſiculus. Accipe, Sume, Cape, Sunt verba placẽtia Papę. BVL. Hęreo inter ſacrũ & ſaxũ, q̊ me vertã neſcio, ſi nõ curabit ille quid eundo cõſequi poſſum, arenæ mãdabo ſementẽ hanc, ſi domũ redeo negocio pomerijs nondũ impoſitis, Proh quas pœnas luam, iam mihi dentes, pruriũt ſomnio aſſidue fidicularũ ſtrepitum. GERMA. Fac quod lubet, ego Germane, hoc eſt vere atq̧ ſapiẽter tibi conſulo. BVL. Faciam quod debeo, pergo igitur, proculdubio bonis auibus adſecuturus, ſumm. Pontif. hoſtẽ acerrimũ. GER. Euangelicæ veritatis propugnatorẽ adamantinũ. BVL. In hũc nõ illis tibijs apud nos cecinit Eckius. GER. Quid aliud ageret Geckius. Germanus degener, dignus etiã vt lacænam matrẽ habeat, Rhoman. Põtif. abſq̧ oĩni fundo vallũ atq̧ foſſam tribuẽs BVL. Per nauiculã prorſum ac rurſũ fluctuantẽ, dicas quicquid libuerit, Lutherũ ille ſuperabit ſtrenue. GER. Clamore non eruditione. BVL. Achilleis argumentis. GERMA. Sophiſticis ſarmentis. BVL. Suo chryſopaſſo: GER. Libro multũ craſſo. BVLLA Materia iuramenti. GERMA. Et hic fuit animi non ſatis attenti. BVL. Suis itinerarijs. GERMA. Vbi vtitur comẽdaticijs precarijs. BVLLA. Theologia myſtica. GERMA. Qua tota eſt ſophiſtica

6

BVLLA. Ariſtotelicis comẽtarijs, GER. Tribus verbis, furtis autorũ varijs. BVLLA. Sacris literis, GER. Paratis liberis BVLLA. Hoc nullis numeris Theologicum, GERMA. Omniũ calculis, nuper eñ Rhomæ apud Cyrenem, ſcortillum duodecim artium, deprehenſus, cotyn ſe celebraſſe dicebat quo penẽ ſibi ad Theologiã ſatis idoneũ felicius proueheret BVL. Nõ magnope culpandum hoc, GER. Et hic Rhomanẽſem ſpiras, quibus hoc vnũ licet, bonos dici, cũ ſint neqcia ipſa neqores, BVL. Nõ audio. GER. Vernaculo veſtro more. Quid eñ illorũ Rhomanẽſibus non ingratiſſimum eſt, mellitiſſimũ autem oĩm. Viciorum ſuorum camarinam nõ moueri, vlcus manere intactũ, omnia flexis genibus laudari, bene interpretari quod tam aperte malum q̃ꝫ in plauti comœdia Mœchus eſt, hoc niſi Rhomæ facies, nemo non littore ſurdior? BVL. Hoc non ad noſtras chordas. Vale ergo Lutherane, atqꝫ in malã partem vale. Interea tuo antiſtiti Luthero bene precare, Ego diu iam adparaui Machinas, quo vincam celerius, adporto deuotionũ Tonitrua, GERMA. Oro igitur ſummis adfectibus, vt hic qui mittit, celerius, q̃ ex fœmina cæneus vir ꝓdijt, Salmoneus fiat.

Callyrius Trulla, apud Burlaſſiam Cataduppe regis Stratiotarum Metropolim, Excudebat.

DIALOGVS CVI TITVLVS INIVSTICIA,

Interloquutores.

Paſquillus, Mercurius.

P. Cur capnionẽ iterũ decimus Leo dãnat iniquo
Iudicio? illi olim gramina prima dedit,
M. Lutheron alternis vicibus quo pectore toto
Arcadico perdat dedita turba ſcoto,
P. Qui illorꝫ ꝓceres? M. Quos magna colonia
Tũ q̃ Louanij Mœnia ſũma colũt, (nutrit,
P. Proh facinꝰ. M. Mũdo infandũ. P. Rhoma op-
prime ſummum
Põtificẽ, & vero viuere honore potes,
M. Cęcũ illũ q̃ fert? P. Quoqꝫ cęca & ſurdior ip̃a ẽ
Littore, M. habet medicum noĩe, reqꝫ nihil.

Ex Chriſtiana Pietate.

P. Rubinus regis ſtratiotarũ a ſecretis,
faciebat

185 1361